Quelle: https://manuscripta.at/?ID=232
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



lica fide Qua nisi quisq; integra inuiolatq; seruauit
absq; dubio in eternum peribit Hi des aut catholica hec est
vt unum deum in trinitate et trinitatem in unitate veneremur
Neque confundentes personas neq; substantiam separantes Alia
enim persona patris alia filij alia et spiritus sancti Sed patris et filij
et spiritus sancti una est diuinitas equalis gloria coeterna maiestas
Qualis pater talis filius talis et spiritus sanctus Increatus pater
increatus filius increatus et spiritus sanctus Immensus pater immensus filius
immensus et spiritus sanctus Aeternus pater aeternus filius
aeternus et spiritus sanctus Et tamen non tres aeterni sed unus aeternus
Sicut non tres increati nec tres immensi sed unus increatus
et unus immensus Similiter omnipotens pater omnipotens filius omnipotens et spiritus
sanctus Et tamen non tres omnipotentes sed unus omnipotens Ita deus pater
deus filius deus et spiritus sanctus Et tamen non tres dij sed unus est
deus Ita dominus pater dominus filius dominus et spiritus sanctus Et tamen non
tres domini sed unus est dominus Qua sicut sigillatim unamquam
personam deum et dominum confiteri christiana veritate compellimur Ita
tres deos aut dominos dicere catholica religione prohibemur Pa
ter a nullo est factus nec creatus nec genitus Filius a patre solo
est non factus nec creatus sed genitus Spiritus sanctus a patre et fi
lio non factus nec creatus nec genitus sed procedens Unus ergo
pater non tres patres unus filius non tres filij unus spiritus sanctus non
tres spiritus sancti Et in hac trinitate nichil prius aut posterius
nichil maius aut minus Sed tote tres personae coeternae sibi sunt
et coaequales Ita ut omnia sicut iam supradictum est et trinitas in
unitate et unitas in trinitate veneranda sit Qui vult ergo
salvus esse ita de trinitate sentiat Sed necessarium est
ad aeternam salutem ut incarnationem quoque domini nostri iesu xpi fideliter
credat Est ergo fides recta ut credamus et confitemur quia dominus
noster iesus xpus dei filius deus et homo est Deus est ex substantia
patris ante secula genitus et homo ex substantia matris in seculo